

SANCTI GALLI,

ABBATIS ET CONFESSORIS,

SERMO HABITUS CONSTANTIE.

(Galland., Bibl. Patr. tom. XII.)

Sempiternus et inæstimabilis Deus, cum cœterna sibi sapientia, hoc est, Filio sempiterno, et charitate sibi et Filio suo consempiterna, id est, Spiritu sancto, absque ulla inchoationis vel temporis mutabilitate, vel locorum vel ministeriorum indigentia, semper in semetipsa beata et immortali majestate subsistens. Nequaquam tamen sine congruo sibi servitorum obsequio solitarius mansisse putandus est, cum manifestissime dicat Apostolus : *Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi* (Ephes. 1, 4); prædestinatione scilicet æterna, non creatione tempora, sed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui semper omnia futura in sua bonitate, et maxime sanctorum angelorum, et hominum societatem, præstantialiter contundo quasi facta disponit; a iuncto etiam præscitam et prædestinatam immobili consilio creaturam, ad se laudandum, et ex se, et in se, et per se beate vivendum omnipotissimo dignatus est opificio creare de nihilo, et super cœlestia quidem beatis spiritibus habitaculum fecit, terram vero futuris hominibus præparavit. Quoru[m] creationis causam nosse nos convenit, fratres Christianissimi, ne, viles vos et abjectos arbitrantes, pecudum conversatione dignitatem vestram nullificetis.

II. Deus summe bonus, benevolentia plenus, invidiae carens, malitia[n]e nescius, spiritus angelicos exemplo sui rationabiles creare disposuit, ut ipsum Dominum suæ cognoscentes originis auctorem, dilectionis ejus pinguedine refecti, In ipso delectarentur esse beati. Sed cum de illis aliqui, nondum de ejus dulcedine degustata, seipso[s] sibi esse principium et caput, vitamque et suavitatem, cursu temerario et stultissimo persuadere sibi præsumerent: intus inanes et vacui, superbieque pondere prægravati, de tranquillissimo cœlorum habitaculo in hujus aeris tempestuosam turbulentiam, usque in diem generalis et sempiterni judicii, repentina sunt casu detrusi. Sed immutabilis benignissimi Creatoris voluntas præsinitum beatissimi cœtus numerum supplere disponens, humanum genus in eorum locum substituit. Quos homines ratione præditos, præceptis instructos, minis coercitos, proprio dereliquerunt arbitrio, ut imitatione Dei prava et iniqua contemnerent, ac recta et æqua retinere curarent. Impius autem homicida Salanas, qui nec sibi met

A ipsi pepercit, tantum a Deo terrigenis honorem collatum perdolens, casum quo ipse superbis perfidis incautis et fallaciæ nesciis invidus persuasit; ut videlicet non creatorem sempiternum pro Deo venerari, sed creaturam temporalem, hoc est, seipso[s] sibi pro diis babere delectatione mortifera consentirent. Quod maximum et immanissimum peccatum tanta flagitia et facinora vel etiam criminis sunt subsecuta, ut justitia divina mundum quem omnimodo decoravit ornatu, cum humano genere quod eidem regendo præfecit, aquis diluvii delere decreverit. Et ficeret, nisi multam malitiam nostram ejus immensa bonitas superaret.

III. Ergo nec tanta sclera inulta dereliquit, nec tamen creaturam bene conditam penitus consumpuit. B Ex omnibus hominibus, uno delecto justo, per cuius providentiam, imo suam admonitionem, talis quædam arca construeretur, in qua ipse cum domo sua et reliqua creatura ad resuscitandum semen competente, in supremis licet periculis se quasi defuncti mundi superstitem remanere miraretur. Cumque post totius anni paene circulum præsago nominis Noe nuncupatum, quasi consolatorem lantæ, licet justissimæ vindictæ, de claustris illius ergastulo creator miseratus eduxisset, et ipsum cum prole sua, et seminarium cunctæ creaturæ nova benedictione ditavit. Jamque renascentibus filiis Adam, revixit et superbia dudum in radice damnata, adeo ut lutei mortales luteo et bitumine turri[m] construere molirentur, de cuius cacumine sidereum et immortale habitaculum, Deo possessore invito, possent invadere. Cujus tam invicti (ut stolidis videbatur) machinamenti conspirationem tam facile omnipotentissima sapientia dissipavit, ut linguis omnium confusione diversissima, vel similitudine dissimillima disparatis, nullus consanguinei vel fratri[s] sui linguam intelligere posset. Et idcirco universi per regiones et loca varia disiecti, ut terris et loquela divisi, ita et religione vel potius furore dispersi; et alii quidem cœlestem naturam hominum ministeriis, Deo auctore provisam, divino cultu et servitute venerati sunt: alii vero mortuis hominibus simulacra facientes, malignos spiritus affidentes eis quasi tutores et fautores animæ vel corporis vivorum, D licet juste mortalium, dementes colere cœperunt. Sed adhuc indefessa pietas immortalis et veræ dei-

* Servitorum. Sic edit. Bibl. PP. Paris. tom. XV, pag. 678. At Canis., Basnag.. servitorum.

tatis creaturam benigne conditam, non usquequaque ^A sua miseratione privatam disputit, sed de medio idolatriæ deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad se verum et vivum Deum cognoscendum de cœlo vocavit.

IV. Qui incomparabili plenus obedientiæ, divino parens imperio, exiit de terra et cognitione sua, nesciens adhuc quo ire deberet, dummodo Dei ius-
sionem expleret. Qua de re hujuscemodi desuper accepit oraculum, quod et terram peregrinationis suæ in possessionem esset accepturus: quod factum est in Iudeis de carne ejus, mortali propagine de-
scendentibus: et quod in semine ipsius benedice-
rentur omnes gentes. Quod in nobis ipsis per Chri-
stum, ex ejus semine secundum carnem procreatrum per Virginem, completum esse gaudemus. Illius
^B igitur fidei in præputio comprobata quasi quoddam signaculum eidem patri Abraham circumcisio-
nis imposuit signum. Quo tam diu gentem de ejus fe-
more propagatam oportuit insigniri, donec ille ve-
niret qui omnes in se credentes ab omni peccato et
circumcisio-
nis injuria, sua passione redimeret. Cum autem populus de illo non modicus exortus, causa famis de terra Chanaan quam incolebant, terram ingrederentur Ægypti, quo Deus unum de ^a prone
potibus ejus, causa multorum salutis, direxit; per
cujus providentiam mundus pene totus alimentorum penuria periclitatus aliquatenus conservaretur; et
juxta ritum gentis illius milleformia cœpissent mon-
stra venerari, durissimis etiam operibus premeren-
tur ab Ægyptiis: recordatus Deus fidei probitatis-
que patrum, direxit ad eos servum suum Moysen,
qui, per multa signa et plagas intolerabiles dominis
Ægyptiis, Dei populum ad terram patriarchæ Abra-
ham dudum promissam, cœlesti ducatu directus
introduceret. Cumque de terra illa progressi inter
oram Rubri maris et vastissimam solitudinem fessi
concedissent, rex Ægyptiorum, damno servitutis
amissæ stimulatus, congregato exercitu junctisque curribus, eos ita quasi pisces in gurgustio conclusit.
Quibus ad Deum verum levantibus vocem, aquæ
maris hoc atque illuc divisæ, iter siccum viantibus
præbuerunt. Quod cernentes cultores simiarum et
caniformis Anubis, Neptunum jam supervacue pla-
canduim sibi putabant, sic undis in partes divisis.
Onines igitur sequentes vestigia coinneantum, ^b ex-
tremo suorum barathrum ingressi, novissimoque
plebis Dei ad naturale littus transgressi, ita sunt
montibus aquarum involuti, ut nullus remaneret
qui factum domi residentibus referre potuisset.

V. Cum autem expensæ quas de Ægypto secum
tulerant Hebreis defecissent (quod nomen populo

^a Pronepotibus... per cuius. Hæc improvide omisca in nova Thesauri Canisiani editione a Basnagio adorata, tom. I, pag. 786.

^b Extremo suor. Cotelerius in notis ad *Recognit. Clement.* lib. I, cap. 35, hunc locum ita restituit: Extremo suorum barathrum ingresso, novissimoque plebis Dei ad naturale littus transgredisse, etc.

* Sic eos per desertum, etc. Imitatus sanctus Gal-

A Dei idcirco impositum est, quia transferant de gente in gentem, et de regno ad populum alterum), dedit eis Deus panem vel carnes de cœlo, aquam vero vel amaram dulcoravit, vel non habitam de petra produxit, et ^c sic eos per desertum quadraginta annos ad terram promissionis circumduxit, donec desuenserent idolatriam de qua erant educti, et quam ubique venirent erant inventuri, a qua sicut et de cœteris malis, de cœlis illos cavere monuit, et ad se cognoscendum, vel alia bona et justa sectanda diligenter instrucios, tandem in ter-ram, pollicitationis suæ memor, miseratus intro-
duxit. Et ut pridem Itubrum mare, ita modo Jordani fluvium navigabilem siccis pedibus transmeare præcepit et fecit. Dumque adhuc qui hæc mirabilia viderunt superstites in carne vixerunt, notitia et cultus veræ Deitatis et divinæ veritatis incontami-
nata perseveravit. Illis vero ad patres suos repositi-
tis, filii de carne ipsorum propagati, non fidei bonum imitati, sed circumpositorum gentium simula-
cra colendo, sunt in præcipitum idolatriæ devo-
luti. Pro quo scelere dati sunt in manus inimicorum suorum, circum circa vel longe positorum. Et cum aliquando pressi justissime, per preces ad Deum patrum suorum fuisserent reversi, suscitavit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis et salvator contra hostes, et ad concordiam invicem retinendam judex idoneus existiteret. Cumque multo tempore influctua-
rent, id est, ut cum aliquando illis prosperitas arri-
deret, ad venerationes idolorum defluerent: cum vero tempestas persecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutissimum portum omni adnisi redire conarentur.

VI. Tandem dedit illis regem, nomine David, qui et a finitimarum gentium incursionibus defenderet, et timorem Dei, cuius ipse plenissimus erat, et juxta nomen suum, Mānu fortis, continuus retineret ha-
benis. Post cuius mortem, cum propter peccatum filiorum ejus, non amplius de duodecim tribubus filiorum Israel (quod nomen patri eorum, et ipsis idcirco impositum est, quia visione sua Deus eumdem dignaretur) quam duæ tantum, Benjamin scilicet et Juda, a qua et Iudei sunt appellati, posteris David cum paucis sacerdotibus et levitis adhærerent (quo nomine omnes divino ministerio mancipandi), reli-
quæ vero decem, vel potius undecim tribus per regem una subversorem suum Hieroboam nuncupatum, et pessimam ipsius progeniem ad immunditiam ^d idolatriæ fœditatis a gloria sua, Deo scilicet sempiterno immanissima dementia recesserunt. Qui et tradidit eos in manus inimicorum suorum, quibus subiecti, idola sunt etiam qui nollent adorare com-

Ius auctorem *Recognitionum Clementinorum*, t. c., apud quem sic legimus: Per longos eremii dicit anfractus, ut quadraginta annorum exercitiis, mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus usu longi temporis inoleverant, innovatione mutatae consuetudinis abolerent.

* Idolatriæ. Forte idolatriæ fœditatis.

pulsi. Sed et Adelissimi David propagatio ad infide-
litatis malum non post multum temporis aberra-
vit; adeo ut et ipsi reges et sacerdotes, neglecto
uniuersi Dei cultu, Saturnos, Junones, turpissi-
mumque Priapum, in ipsa Hierusalem, quam civi-
tatem cum templo in sanctificationem sibi delegit,
acti furore venerarentur. Propter quod competenti
satis talione impie derelictus ab eis, juste dereliquit
eos Deus in potestatem paganorum, ut impleretur
quod eis antea comminabatur: *Sicut servistis diis
alienis in terra nostra, sic servietis diis alienis in terra
non nostra, qui non dabunt vobis requiem* (Jerem. v.,
19; xvi., 13).

VII. Sed et tunc non oblitus fidei Abraham et
David, aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra sua reti-
nuit, templumque suum in Hierusalem ad tempus
aliquantulum conservavit, donec, peccatis eorum
crebrescentibus, etiam ipsum cum civibus et civi-
tate mereretur incendi. Sed neque tunc eos usque-
quaque divina deseruit clementia; quia imo de fa-
villis et ruinis urbis eversæ quosdam reservavit,
quibus apollissime propheticum illud conveniret:
*Facti estis quasi torris de incendio raptus, et nec sic
redistis ad me, dicit Dominus* (Amos iv., 11). Quod
quidem in eis quos in terra sua residere fecit, com-
pletum cognovimus, ut peccata peccatis addentes
et se mutua cœde vastantes, ultima necessitate, ut
sibi videbatur, compulsi in Egyptum quasi reser-
vandi, contra veitum divini oraculi, vere truci-
dandi confugissent. Qui vero a rege qui superbiam
eorum Dei voluntate domuerat, in captivitatem
longinquam fuissent abducti, ibi ad Deum Patrum
suorum ex toto corde conversi, ita tribulationis igne
decocci sunt, ut nec igne materiali ab ipsis possent
amore divelli.

VIII. Tandem ergo misericors et miserator Do-
minus, tam graves eorum labores miseratos, regum
adeo animos qui eosdem in captivitate tenuerunt, ad
indulgentiam et relaxationem voluntariam illorum
permotavit, ut de publicis redditibus et arariis plu-
rima impendi præciperen, in adminiculum ad ter-
ram suam revertendi, et templum Dei in ea demum
restaurandi. Sed heu! proli dolor! cum legem Dei
vel cœremonias, in quantum a finitiinis, imo a com-
mixtiis hostibus impediri non poterant, sedulo cu-
rassent observare; quod nullus unquam vel excogi-
tare potuisset, repentina casu rex nefandissimus
Græcorum, ultipli, prævius et præco^a malissimi
Antichristi, eos ita oppressit, ut non nisi manu cœ-
lestis Imperatoris se ullo modo ulterius crederent
allevari. Qui et tanto miraculo ab immanissimorum,
diversissimorum atque innumerabilium adversario-
rum eos impetu liberavit, ut paucissimi de Judæis,
plurimis eorum interfectis, reliquis qui manere po-
terant non parum incuterent ubique terroris.
At cum illi qui talibus flagellis erudití Dominum pa-
trum suorum metuere noscent, diversis casibus ab-
sumpti, morte sua mundum reliquissent orbatum,

A et propter peccata in saeculo remanentium primum
viles personæ de successoribus eorum populo Dei
præficcerentur, postea vero et ipsi alienigenis misce-
rentur, vel potius servitutis ejus jugo subieccerentur,
necessarium erat ut ipsa divina Sapientia per quam
cuncta sunt facta, reficiendo generi humano per se
ipsam consulere dignaretur.

IX. Sed quia in sua incomprehensibili majestate
natura illa divina ab infirmis et mortalibus compre-
bendi non poterat, mira pietatis dispensatione pro-
curavit, ut nostræ infirmitati mortali, manente la-
men incommutabilitatis suæ potentia conformata, de
incorrupta Virginis uero nascetur, et consueto
nobis more usque ad juveniles annos ætate et incre-
mentis, gratia vero et sapientia singulari perveniret.
B Nec tamen cum carne sua deitas illius esset obum-
brata, per totum potuit humanis mentibus abscondi,
his duntaxat qui eum cognitum suscipere voluissent.
Quando et in hora nativitatis illius angelus Domini
cum magna claritate pastoribus gentis ipsius appa-
ruit, et ortum ejus omnibus gentibus profuturum
nuntiavit; in quæ verba eidem angelo multitudo cae-
lestis militie occinuit. Sed et ipsa hora in remotiori-
bus Orientis partibus, sapientissimis et astrorum
gnaris hominibus nova stella inopinato apparens,
eos ad ortum novi regis attraxit. Nec non et quadra-
gesimo nativitatis ejus die, cum eum ad templum
Dei, pro solemni ejus gentis consuetudine, mater
Virgo præsentandum deferret, ibidem a sanctis ho-
minibus mundi Salvator est agnitus, et ab eis caete-
ris fidelibus nuntiatus.

C X. Duodecimo quoque ætatis anno, cum in eodem
templo parentibus remaneret ignarus, videlicet æti-
mantibus inter cognatos et notos eum secessisse de
urbe, sed eo non invento, regredierentur ad templum,
et ibi cum post triduum in medio doctorum sapien-
tissime se agentem reperissent, interrogante matre
cur eam dolorem reliquisset, respondit: *In his quæ
Patris mei sunt, oportet me esse* (Luc. xi., 49): utique
insinuans templum non minus ad se quam ad Deum
Patrem pertinere. Trigesimo vero ex quo inter ho-
mines conversari coepit anno, ad baptismum servuli
sui properavit, ut ex eo scilicet sequacibus suis
exemplum tribueret, ne quis ab inferiori persona
baptizari contemneret, quando ipsum Dominum et
Deuni suum famuli sui manibus baptizatum memi-
nisset. Sed quia non aliqua sui necessitate, sed hu-
militatis propagandæ gratia voluisset in aqua lavari,
ecce Deus Pater cum voce de cœlo delata contesta-
tus est, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo
mihi complacitum est: ipsum audite* (Matth. iii., 17,
xvii., 5). Et Spiritus sanctus, cuius jam et opere con-
ceptus est, ad declarandam sanctitatis ejus innocen-
tiam, in columba super eum specie descendit.

D XI. Ita ergo Christus homo glorificatus et confor-
tatus ad prælium cum diabolo conferendum, qua-
draginta dierum jejunium exacturus, abiit in deser-
tum. Quibus expletis, callidissimus adversarius, ex

^a Malissimi. Sic citata editio Parisiensis. Basnagiana vero, malignissimi, minus recte, ut videtur.

aliquibus, ut creditur, humani corporis gestibus aut habitu, illum esurire persentiscaens, et idcirco hominem eum tantum esse reputans, sed propter vitam innocenter actam super homines formidans; hac arte illum aggreditur, ut si quidem esuriem suam pane de lapide facto, ut ipse suadebat, consolari potuisset, divina in eo potentia deprehensa, ab ejus injuriis et insectationibus quievisset: si in tanta necessitate nec se ipsum recreare quivisset, puro tamen homine comprobato, non minus eum sibi quam ceteros mortalium obnoxium consideraret. Sed admirabilis magister pietatis ita versutias ejus elusit, ut, nec in panes lapidibus permutatis, divinitatis in eo deprehenderet insignia, nec impossibilitate confessa, ad nostra animaretur infirma, dicens quod vita rationalis animæ non tantum in materiali consistat aliamento, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (Matth. iv, 4).

XII. In hoc ergo conflictu certior factus quam ante fuerat, diabolus per ostentationem inanis gloriae qua plurimum delectari mortalium mentes agnoverat, divinitatem Christi se explorare posse putabat: assumpto eo et super fastigia celsissimi templi positio, suoque ut inde, si Filius Dei esset, se præcipitem dare, et non laederetur. Ad quem bellator invictus bujusmodi temperavit eloquium, ut nec Filium Dei se negaret, nec diaboli suisionibus consentiendum esse doceret, dicens: quia sanæ mentis non esset ut quisquam Dominum et Deum suum tentare præsumeret. Igitur et in hoc elitus certamine iuimicus, per avaritiam qua mundum se peremisse gaudebat, et Christum sibi subjugare non diffidens, ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, eo pacto ut si pro his accipiens ipsum prostratus adoraret, talibus ab eo donatus abiret. Quam immannissimam blasphemiam magister humilitatis exhorrescens, turbida indignatione monstrum nefandissimum a se repulit, dicens: religiosi cordis esse, Dominum Deum adorare, et illi soli servire. Cujus vi fulminis tonitus adversarius, et ab eo recessit usque ad tempus (Luc. iv, 15). Victoriosissimum vero Regis nostri triumphum admirantes angeli, debitum eum venerati sunt obsequiis.

XIII. His ergo ita peractis, Christus Dominus al homines regressus, secundum Scripturam, operatus est salutem in medio terræ (Psalm. lxxviii, 12): cœcis visum restituens, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis emundationem; mancis opifcia, daemoniacis mecent, paralyticis vigorem, claudis gressum, et mille sine nomine morbis omnimodam impertiens medelam. Quin et sequentium quatuor millia de septem panibus et paucissimis piscibus saturavit; aliquando vero de quinque panibus et duobus piscibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum et parvolorum immensa numerositate, replevit, ut de fragmentis reliquiarum, quæ de his pauculis rebus inter manus et dentes convivantium succreverant

A duodecim corbes ad testimonium tanti miraculi farcirentur. Mare quoque sicca pedibus ambulavit, et felentes mortuos de sepulcro suscitavit, et ad convivium vocatus, aquas in vina mutavit. Et super hæc omnia, Pater de cœlo, quondam, discipulis audientibus, interdum vero turbis infinitis astantibus pariter et auscultantibus, eum Filium suum commendavit, et se illum jam clarificasse et adhuc clarificaturum promisit.

XIV. De doctrina vero ejus quis aliquid digne commemoret? cum et discipulis suis talia mandata proponeret quæ vix aut nequaquam humana possibiliitas, nisi vi valida Dei ipsius adjuta vel attracta, posset exequi, et onui sexui vel conditioni tam levia et ita salubria ipsa monita intimare curaret, ut B nullus omnino, nisi multum ignarus et per omnia divina gratia vel protectione indignus, a regno Dei debeat excludi. Denique ipsis apostolis et eorum sequacibus ita bonum virginitatis arripiendum persuasit, ut hoc scirent non humanae industriae, sed munericæ esse divini. Abrenuntiationem quoque omnium facultatum et affectionum sic eisdem aggrediendam intimavit, ut se cognoscerent et in hoc sæculo * multo plura quam reliquerant accepturos, et in futuro vitam æternam possessuros, et in die magni judicii cum ipso iudices esse venturos. Ceteros autem fidèles docuit, ut humilitate, mansuetudine, pace, misericordia, justitia vel patientia ^b deos suos, et sibi regnum Dei, persecutiones etiam improborum, si ita necessitas incumberet, sustinendo acquirere non lasarentur. In commune autem cunctis præceptum dedit, ne fratribus irati conviciorum maledicta in eos jacularentur, vel his occasionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis uxorem proximi sui impuro contueretur oculo, et idcirco maculari posset adulterio; et ne temere jurare præsumeret, ne forte perjuraret; nec quisquam obstinate adversario suo resisteret, et inde non solum animæ, sed et corporis periculum incurreret.

XV. Porro autem perfectioris vite cupidis, et regnum cœlorum avidis, ita nuditate et contemptum terrenorum indixit, ut tamen nequaquam hæc sibi defutura considerent; cum ceteros Christianos his abundantes ita ad illorum accenderet obsequium, ut quicunque illorum hæc suis pauperibus ministraret, ipsis Christo et Deo Patri se impendere non dubitaret. Factos autem Dei cultores, et de generis nobilitate gloriantes, hypocritas et genimina viperarum nuncupavit. Ipsos quoque sacerdotes, qui pietatem nomine prætendebant, et malitiam in corde contegebant, cœcitatibus notavit, et cœcorum duces redarguit, et multum convenienti comparatione sepulcris dealbatis assimiles devicit, qui a foris quidem apparent hominibus pulchra, intus vero p'ena sunt omni sporcitia. Nec non et Pbarisseos qui sibi justi videbantur, et aspernantes ceteros, penitentiam peccatorum recipere noluerunt, ita consulavit, ut se ipsum

* Multo plura. Canisii editio Basnag., male, multa plura.

^b Deos suos, et sibi regnum Dei. Hæc in mendo cubare videntur.

diceret ideo venisse, non ut justos, sed peccatores et A perditos inquireret et salvos faceret. Et se esse verum Dei Filium, non solum attestatione signorum et incomparabili sapientia manifestavit, sed etiam propheticis litteris ac invictissimis allegationibus approbat: sed increduli Judæi quolias in sanctis suis Deum contemnere non timuerunt, nec ab unico Filio ejus malitia sua machinamenta continuerunt, injuriis eum lacescentes et maledictis, insuper et lapidibus eum insectantes. Cum ergo incorrigibiles eos pervideret, cum discipulis suis secedens ab eis seorsum, ruinam miserorum jani jamque incumbere, sed et mundi totius finem non longe post futurum renuntiavit: et se pro salute generis humani cito crucis patibulum subitum, et die tertia se resurrectum esse prophetavit.

XVI. Interea gens impia unum de discipulis jam dudum avaritiam morbo corruptum, promissa pecunia, ad præditionem magistri et Domini sui protractare curaverat: dum ille diabolo plenus, et jam ultra inimicis eum tradere paratus esset. Captata igitur opportunitate quando sine turbis quoque illum frequentissime sequi solebant, ita ab adversariis capi, ligari, trahiique potius et, ut evadendi vel defendendi facultas ei, sicut illis videbatur, non esset; post orationem quam valde prolixam pro salute nostra Deo Patri profudit, obviam persecutoribus suis processit, et quem quererent interrogavit. Qui cum se Jesum (quod nomen ejus erat propitium Leg. proprium) querere dixissent, et ille se esse responderet, iterum atque iterum retroacti abierunt, et ceciderunt in terram. Sed qui ad hoc venerat, ut passione sua nos ab æterna damnatione liberaret, tandem aliquando, majestatis sua potentia ad tempus abscondita, in potestatem furentium se sponte permisit, ut indebita morte sua nos ab omnibus debitis peccatis absolveret. Captum ergo et ligatum impii ministri ad tribunal Pilati præsidis perduxerunt, quod gentem illorum subverteret, et tributa Cæsari dare prohiberet, et Christum regem se esse dicere; et idcirco judex ipse, si amicus Cæsaris esse voluisse, talem vivere in sui condemnationem capitum permittere non deberet. Tum ille, necessitate compulsus, dedit illum militibus suis ad illudendum. Qui irroriora veste, veluti qui regium sibi nomen usurpare præsumeret, induens (*Forte*, induentes), et corona spinea pro diadema coronatum, quin et arundine pro sceptro imperiali dexteram completem, sputis in faciem illius projectis, et colaphis alapique creberrimis, ferulisque cædentiibus eum injuriantes, et regis nomine salutantes; insuper et singulorum nomina prodere velatum postulaentes: quasi vile mancipium (ut interim Dei Filium taceam) maximum prophetam, et tantorum effectorem signorum, sapientissimumque virum turpissime tractare studuerunt; et ita illum, imo castigatum, et ut apertos quidem dicam, mortificatum præfecto suo iterato illum præsentaverunt.

XVII. Judæi vero neendum tantis ejus injuriis sa-

B turati, petiverunt præsidem, ut eum crucifigi præciperet. Quod cum ille sæpius abnueret, dicens: *In eo se nihil dignum morte invenire* (*Luc. xxiii*); tunc impia gens et cunctis abominanda, tali maledicto se damnavit, ut imprecarentur sanguinem ejus *venire super se et super filios suos* (*Math. xxvii*, 25); adjacentes quia ipsi legem haberent, et ille secundum legem deberet nō ori qui se Dei Filium præsumptuose facheret: sed ne verbo quidem simplici diceret, nisi eo modo ut ipsi ex operibus que in nomine Patris sui faciebat metirentur, aut conjectarent, utrum tantorum mirabilium operator Filius Dei dici et credi merito deberet. His igitur præses tremefactus, et maxime propter illud constrictus, quod quasi maximum et intolerabile sibi metuebat objectum: *Si B hunc dimittis, non es amicus Cæsaris* (*Joan. xix*, 12), adjudicavit fieri petitionem eorum (*Luc. xxiii*, 24).

XVIII. Tunc imposuerunt ei crux quam ad locum usque portaret; sed tamen quasi honorantes et compatientes ei quem tam indigna morte perimere satagerunt, coegerunt quemdam alienigenam crux ferre post illum. Et cum venisset ad locum qui Calvariae dicebatur, pro eo quod ibidem ad mortem condemnati truncari solebant, Christum Dominum crucifigentes; ut ex hoc turpissima mors redderetur infamior, latrones unum a dextris, alterum suspenderunt a sinistris, et his verbis irridere gaudebant: *Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere* (*Math. xxvii*, 42). Unus etiam de latronibus, similli bacchatus insanus, dixit ad illum: *Si tu es Filius Dei, salvum fac te ipsum et nos* (*Luc. xxiii*, 39). Alter vero, cuius Deus illuminare dignatus est mentem ad cognoscendam veritatem præsentem, increpabat socium, et obsecravit Dominum pendentem, ut suum in regno suo meminisse dignaretur. Cujus credulam mentem et os confitens Christus approbans, eodem die secum in paradiso illum sponpedit ad futurum. Dum hæc Creator a creatura quam rationabilem condidit, pertulisset, irrationalia et insensibilia majestatis ejus nulu conterrita, defectum sui mortalibus minahantur: cum et sol in tenebras sit versus, et terra incola, et petra scissa, et monumenta aperta, et rerum natura turbata, quoque injuriam Dei ferre non sustinebat. Post hæc vero cum D omnia reliqua quoque fieri oportuerat essent impleta, ut consummaretur Scriptura quod acetum potandus esset, sitiare se dixit, et cum accepisset acetum, et suum spiritum in manus Patris commendasset, dixit: *Consummatum est, et sic inclinato capite tradidit spiritum* (*Joan. xix*, 30). Et honorifice sepultus ab amicis, cautissime servabatur a custodibus, metuentibus videlicet ne die tertia, sicut ante prædicti, resurgere potuisset.

XIX. Sed angelus e cœlo veniens, milites sepulcrum evigilantissime custodientes mortuorum instar stupefactos reddidit; et post modicum recreato animo et spiritu, testes gloriosæ resurrectionis ejus effecit. Porro interim cum ipsi jacerent ut exanimes,

pias cum aromatibus ejus ^a corrumpendi corporis A fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur (*Marc.* xvi, 16).

Et quia Dominus Jesus Christus devicto mortis imperio resurrexit certo patefecit ^b indicio, et ut locum viderent ubi positus erat Dominus, admonuit. Quo cum intrarent, viderunt duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, quondam ibi requiescentis, et modo resurgentis, inde auctoris æternæ vitæ. Cumque pavesceret cœpissent egredi, ausugere cupientes, occurrit eis ipse Dominus; benignissime salutatas ad discipulos suos devictæ mortis nuntias destinavit. Et eodem die Petro specialiter apparuit. Qui et duobus ambulantibus, et de se sermocinantibus conviator effectus, de Scripturis asseruit quia sic oportet Christum pati, et resurgere a mortuis, et ita intrare in gloriam suam. A quibus etiam invitatus ad cenam, in fractione panis est agnitus, cum ob cœcitatem cordis prius videretur ignotus.

XX. Sero quoque cum factum esset, ipsa die apparuit apostolis suis, et eis gaudia pacis mandans insuflavit, et dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt* (*Joan.* xx, 22, 23). Ad confruenda quin etiam corda dubitantium, qui se putarent spiritum potius videre quam corpus, ostendit eis manus et pedes recentissimæ pass' onis signa retinentes, ut indubie resurrectionis ejus fierent idonei testes. Sed illis adhuc non creditibus et mirantibus præ gaudio, ut per effectum combustionis veritas patesceret carnis, interrogavit si haberent aliquid ad manducandum. Cumque obtulissent ei partem piscis assi et favum mellis, manducans eis, reliquias dedit eis, et commemoravit hæc eis esse verba quæ ante passionem suam prædixerat, quonodo necesse est sua morte mortis imperium dissolvi, et in sua resurrectionis agnitione pœnitentiam et remissionem peccatorum cunctis gentibus prædicari; nec non et ipsos adhuc gloriosissima Spiritus sancti missione roborari promisit. Nec tamen ita instructos et tali promissione consolatos mox abscessu corporali discedere voluit, sed per quadraginta dies in universis argumentis eos visitavit. Nunc foribus clausis, in medio eorum consistere; nunc vero per totam noctem frustra in piscando laboribus, ipse stans in littore multitudine piscium rete eorum compleverat; et inter prandendum beato Petro post claves regni cœlorum ac relentes relaxationesve peccatorum, ovium suarum curam præcepit, et quia pro earumdem cura ovium crucem subiturus esset intimavit. Deinde in montem quemdam secutos in fide solidavit, et præcepit ut irent docere omnes gentes, et baptizare eos in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti; docentes servare omnia (*Matth.* xxviii, 19) quæcumque ipse manda-
verat illis, et ait illis: *Qui crediderit et baptizatus*

^a Corrumpendi. Exscriptoris mendum. Rescribe inungendi.

B XXI. Et quia irritatores Dei et increduli Judæi, et gentes idolatriæ dediti sign' erant ad fidem nutriti, dedit apostolis suis virtutem super omnia damnationem, et ut languores curarent, cœcos illuminarent, leprosos mundarent, ipsos et mortuos resuscitarent; et præcepit illis ut annuntiarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis gentibus et linguis novam hanc doctrinam prædicare debuerunt, dedit eis diversarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipsis et eorumdem fidei sequacibus multo majora promisit et concessit, ita ut dum plurimarum linguarum hominibus in una loquerentur, a cunctis inteligerentur, et umbra illorum transeuntium infirmi sanarentur, et sudariis vel cingulorum umbris nequam spiritus fugarentur. Sed cum hæc in alia regione, hoc est, in Galilæa, vel ante passionem, vel post resurrectionem suam discipulis edidisset; ut in vicinia ejus loci ad alta cœli concenderet, ubi crucis ignominiam pau' o ante subiit, atque ipso quoque nomine dispensationem incarnationis, passionis, resurrectionis, ascensionis in cœlum fidelibus aperiret: Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, unde cœlos peteret, cum apostolis invisit, doctore gentium quid significent exponente: *Jesus Christus factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod et Deus illum exaltavit* (*Philipp.* ii, 8, 9). Cumque illum qui convenerant interrogarent si dies iudicii et manifestatio regni Dei jam immineret, dicebat: *Non esse illorum, vel cuiusquam mortalium; sed ne ipsorum quidem angelorum, nosse tempora et momenta, quæ Pater posuit in sua potestate* (*Act.* 1, 7 seq.); potiusque in civitate Jerusalem adventum sancti Spiritus eis expectare præcipiebat. Quo spiritu roborati, testes illi essent primum in eadem urbe, deinde in tota Judæa et Samaria, ad postremum vero usque ad ultimum terræ. Et his præmissis, elevatis manibus suis benedixit illis; et cunctis nihil minus opinantibus, quasi pennis columbae incorruptibile corpus suum libravit ad cœlum. Cujus rei mox duo angeli, hoc est, quia cœlum penetraret, astipulatores as iterunt, et quia in eadem specie qua assumptus est ab illis, ad judicandos vivos et mortuos venturus esset, dixerunt. Tunc ut sibi a dominatore cœli præceptum erat, Jerusalem ingressi, sancti Spiritus adventum suspensi præstolabantur. Qui decima posthæc die venit, et scientiæ perfectione illos edocuit, et linguarum varietate donavit, et adversus rabiem perfidorum roboravit: congruentibus ad hæc signis ostensis, sono videlicet flatus vehementis, et linguis igneis; cuius auctoritate confortati, resurrectionem Domini nostri Jesu Christi auctoritate prophetica comprobantes, mille Iudeorum eodem dia ad fidem convertuntur. Et in sequentibus aliquot

^b Indicio. Ita ex contextu rescriptsimus. Edit. male, ut videtur, *iudicio*.

millia. Quamdam vero turbam sacerdotum obediens A aut homicidium, vel convicium conferre, aut falsum testimonium de qualicunque criminis presumere; sed sitis invicem benigni, et donantes vobis bismetipsis, sicut Deus donavit vobis peccata vestra. Et delicta praterita pœnitentiae remediis vel eleemosynarum largitate redimentes, imminentia cum Dei adjutorio praecavere studeatis. Scientes et diem generalis judicii jam jamque proximare, et incertam singulis exitus sui horam impendere. Et quidem magni judicii novissima dies cunctis est mortalibus expavescenda, ut puta in qua nihil incorrectum absque æternali poena remanebit iustum.

XXII. Interea vero dum omnia supra dicta fierent, dimisit Dominus omnes gentes ingredi vias suas, et diversissimorum errorum opinionibus impleri; ita ut quidam solem et lunam et stellas, ministeria videlicet humanis usibus attributa, divinis honoribus celebrarent. Alii vero majore dementia capti, non solum aurum et argentum, sed et ligna et lapides, quadrupedia, serpentina seu volatilia, et ipsa terræ virentia, pro Deo auctore venerarentur. Tandem ergo pius creator omnium, quando et nos ipsos adinventionum et pessimorum actuum nostrorum pigere deberet ac tñdere, direxit ad nos apostolos suos qui docerent nos ab his vanis converti ad Deum vivum et verum, et exspectare Filium ejus de cœlis, et in perceptione Spiritus sancti quam in Christo regenerati percepimus remissionem peccatorum consequi nos crederemus.

XXIII. Hujus igitur legationis nos indigni nostris temporibus vicem gerentes, obsecramus pro Christo, ut sicut quandam in baptismo, ita semper abrenuntias diabolo et omnibus operibus ejus, et omnibus pompis ejus; et cognoscatis unum verum Deum Patrem semper in cœlo regnantem, et sempiternam Sapientiam ejus in tempore pro nobis incarnatam, ei secundum Spiritum æternæ pignus salutis in hac vobis peregrinatione concessum; a que ita vivere curetis, sicut Dei filios decere cognovistis, devitantes gulae concupiscentiam, et ebrietatis insaniam, fornicationis inmunditiam, avaritiae idolatriam, C inuidiae rubiginem, inflationis inanitatem, superbiæ subversionem; et nullus cuiolibet Christiano furtum

XXIV. Sed non minus cunctis sapientibus quotidianum Dei judicium formidandum est, quo et quosdam probando dispensatorie reliquit in mundo ad tempus, quosdam vero his juste condemnatos obliviscitur in perpetuum. Alios quoque diu jacentes in criminibus manu misericordiae suæ levat: alios autem de peracta justitia præsumentes ^a sœda quondam passioni concedit: hos vero quocunque verbere coercitos usque in finem ab omni prorsus scelerum labore custodit. Quocirca sub his Dei judiciis unicuique in hac vita metuendum est, ut in futuro judicio ab omni metu peccatorum et mortis absolvii mereatur. Deus omnipotens, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (I Tim. ii, 8), qui haec per ministerium lingue nostræ auribus vestræ fraternitatis infudit; ipse per gratiam suam eadem in cordibus vestris fructificare faciat, cooperante Domino nostro Iesu Christo, et Spiritu paracleto. Benedictus Deus in sæcula. Amen.

^a Fædæ. B.-snag. edi. io, perperam, fæde.

APPENDIX.

PIGRAMMATA seu HYMNI SACRI

ANTIQUORUM PATRUM MONASTERII S. GALLI,

BERNARDI, COLUMBANI, ECKERARDI, HARTMANNI, NOTKERI BALBULI,
NOTKERI MEDICI, RATPERTI, STRABI GALLI FULDENSIS,
TUTELONIS, WALDRAMMI, ANONYMORUM;

A CANISIO PRIMUM EX VETUSTISSIMIS MS. CODICIBUS SANCTI GALLI EDITA.

CANISIUS AD LECTOREM.

Illustrum virorum monasterii Sancti Galli sacra carmina ubi vidi, digna censi luce, tum ob eruditorem, tum ob pietatem, et vel maxime propter venerandam antiquitatem. Ejusdem judicii fuit nobilissimus Marcus Velserus, qui in litteris quibusdam scribit, hæc sacra carmina sibi apprime placuisse, ita ut interdum pene lacrymas excusserint, antiquam

pietatem cum nostris temporibus conferent, ita enim loquitur Velserus. Debemus hæc carmina R. P. Jodoco Metz'ero, monasterii Sancti Galli professo, et sacrorum canonum doctori, qui misit libellum ms. quem studio et amore antiquitatis conscripsit, vocatque Memoriale illustrum virorum Sancti Galli, in cuius prima parte illustres sanctosque viros ejusdem